gracias ei egit p̄·palip·xviij·Amputato capite holofernis· dixit iudith Laudate dn̄m deum noſtrum qui interfecit in manu mea hoſtem populi ſui Judith·xiij·Submerſis egipcijs dixit moyſes·Cantem⁹ dn̄o glorioſe·Exod·xv·Raguel ⁊ anna laudauerunt deum q̄ excluſit ab eis inimicū vexātē Thob·viij·De hac materia plura inuenies in caplo de diſcordia q̄re ſupra·

¶ De intēcione recta·

Intencio in ope·
- Facit exterminari q̄d fuerit·
- Op⁹ acceptari ſi defuerit·
- Hab; occultare ſi latuerit·
- Nequit iudicare q̄uo voluerit·
- Deb; regulari que meruerit·:

Intencio imponit finem opi·opus eni de ſe nō iudicatur·Nam vna ⁊ eadem opacio facta diuerſa intencione ſortit̄ viciū ⁊ v̄tutē·vn̄ chaim occidit abel ⁊ peccauit q2 ex inuidia fecit ⁊ malā intencionē habuit Gen̄·iiij·Dauid interfecit golyam ⁊ meruit q2 ex iuſticia ⁊ vt populū defenderet fecit ·p̄mo Re·xvij·Abraham ⁊ ſara riſerunt ambo in p̄miſſiōe filij Et riſus abrahe fuit virtuoſus q2 ex leticia·riſus vero ſare reprehēſibilis·q2 ex icredulitate Gen̄·xvij·⁊·xviij·Pharao dixit peccaui·Exodi·ix·Judas eciā dixit peccaui nec tamē veniam meruerūt·q2 erat intencio eo2 deprauata Math·xxvij·Non ſolū autē idem op⁹ a diuſis intencionib⁹ eſt virtus ⁊ viciū·ſed factum ab eodem·Nam moyſes q̄ſi eadē verba dixit educēs aquas de petra·p̄mo meruit Exo·xvij·ſecundo culpā incurrit·Nūi·xx·Multiplices intenciones habebāt turbe in ſeq̄ndo chriſtum Nā quidā ſequebātur eum vt nequiter eum reprehēderēt ⁊ hij grauiter peccauer̄t Lu·xiiij·Quidam vt de panib⁹ eius ſaturarētur ⁊ hij nec merebantur nec peccabāt·⁊ ſimiliter illi qui ſequebant̄ vt a lāguoribus curarētur·de vtroq3 dicit̄·Jo·vi·Alij vt a languorib⁹ ſanarētur Luc̄·vi·Alij vt audirent verba eius vt inde edificarent̄ ⁊ illi multiplicit̄er meruerūt Luc̄·xi·Jtē zache⁹ querebat videre ihesū ⁊ ex h' meruit Lu·xix·Herodes multo tempe deſiderabat videre ih'm ⁊ ex hoc demeruit Luc̄·xxiij·Hoc eciā facit varietas intencionū Jntēcio ⁊ voluntas reputant̄ p̄ facto ſi poſſibilitas affuerit opandi·Nam commendauit dn̄s bonā volūtatē dauid de edificacōne templi licet ipſe noluerit q2 edificare

tur p eum. ij. Regū. vij. Herodis intencio quādo occidit pueros
fuit vt xp̄m occiderz licz non potuit adhuc tamē verus xp̄icida
erat. nam ita peccauit ac ſi xp̄m occidiſſz. Math. ij. Sine cauſa
non dixit ih̄s Qui viderit mulierē ad cōcupiſcendū eam iā me
chatus eſt in corde ſuo Math. v. ¶ Intēcio celatur ab ope.
non op⁹ ab intencōe. Nā dauid miſit ad vriā vt veniret ꝛ req̄
eſceret non ꝓpter eius quietem ſed vt pc̄m̄ ſuum occultaret. ij
Re. xi. Ornauit ſe iudith vt ſolent ſe ornare meretrices. ꝫ illa
ornacio nō fuit ex libidine ſed ex maxima virtute latente ꝛ vt
patriā defenderet. Judith. x. Herodis intencio erat xp̄m occi
dere. ſed tn̄ adhuc ſb̄ adoracōnis pallio abſcōdit. Math. ſecū
do. ¶ Intēcio hominis in hijs q̄ aguntur ab eo nec debz nec
poteſt de facili iudicari vtrum ſit bona vel mala maxime in āmbi
guis. Jdō debz homo ſemp opus in bonam ptē ꝛ meliorē viā
interp̄tari Nam filij ruben gaad ꝛ dimidia trib⁹ manaſſes edi
ficauerunt altare ad bonam intencionē. quā filij iſrl̄ in oppoſi
tum cōuerterunt Joſue. xxij. Quia mardocheus non adorabat
aman. credebat mardoche⁹ ꝙ faceret ex deſpectu ꝫ non ex deſpe
ctu ꝓceſſit. ꝫ q2 creature nolebat facere reuerēciam creatoris.
Heſter. iij. Prohibebat domin⁹ duobus cecis illuminatis ab
eo ne cui hoc dicerent. at illi diffamabant euz in tota terra. nec
tamē arguūtur fore tranſgreſſores. Math. ix. ¶ Intencōem
habendi in opibus regulam dedit xp̄us quā ſcz intencionē hō
habere debet vel bona faciendo vel mala ſuſtinendo que omnia
debent referri intencionaliter in ipſum dicens. Beati eritis cū
vos oderint homines. ꝛ cum maledixerint vobis ꝓpter nomen
meū gaudete ꝛ exultate Math. v. Luc. vi. Similis regula ha
betur cum dicitur. Qui dederit potum vni ex minimis iſtis ca
licem aque frigide tantū in nomine diſcipuli Amen dico vobis
non perdet mercedem ſuam Math. decimo. Itē oīs qui relique
rit domum vel agrum ꝛc̄. Math. decimonono. Elemoſinam da
re. ieiunare. orare precepit dominus fieri non intencōe placen
di hominibus. ſed intencione placendi deo qui in abſcondito
videt ꝛ in abſcondito manens iuxta intencōnē remunerat quē
libet. Math. v. ꝛ. vi.

¶ De inuidia ꝛ emulacōne.